Væ sunt principales partes orationis nomen & uerbum eo quod ipsæ solæ faciunt elocutionem ut cicero scripsit. Virgilius fecit: & sine ipisis nulla pars implet elocutionem. Nā quādo dicimus ipse legens dixit Aristorelici dicūt duas esse ptes orationis nomē & uerbū. Stoici qnq;. Grāmmatici octo. pleriq; nouē. pleriq; decē. pleriq; undecim. Interie/ ctionē græci penitus nō habēt: sed īter partes oratiōis. id est in octo nō computat̄. Nos articulo nō penitus caremus id est eū articulū sed in pnomine cōputamus. Tres ptes ora/ tionis sūt quæ casibus declinan̄t: nomē: pronomen: participiū: & una quæ temporibus

id est uerbum. Cetero omnes quatuor non declinatur. Quae situm est quando pars orationis officio fungitur utrum ius suum retineat an eius cuius accipit significationem nam frequenter inuenimus. & nomina pro aduerbiis posita ut toruum clamat & aduerbia pro non nominibus: ut mane nouum. Quare sciendum est quoniam si nomine sit pro aduerbio institutum incipit non posse declinari. Et enim cum desinat esse quod est & transeat in aduerbiū incipit iam non posse declinari: quemadmodum nec illud aduerbiū naturaliter declinatur. Item aduerbiū si transeat in significationem nominis non nunquam declinatur quoniam significat eam partem orationis: quae recipit declinationē. Vnde est illud apud Plautum a primo mane usq; ad uesperum modo mane nomen est hoc mane huius manis huic mani: hoc mane ab hoc mane. Nam si aduerbiū esset nec genus reciperet nec præpositioni adiungere: nec posset terminari:

Roprium nomine in quatuor diuiditur partes. Prænomē. Nomen. Cognomē: & Agnomē: Prænomē est quod in loquēdo præponimus ut publius. Nomē ē commune familiæ ut cornelius. Cognomen ē proprium uocabulum ut scipio: Agnomē ē quod extrinsecus lūmit uel a uirtutibus ut africanus uel a uitiis ut iugulator. Sed sciendum est quod plerūq; cōringit: ut tantummodo inuenitur: ut ecce romulus unum tātum habet. plerūq; duo: ut Numma pompilius. plerūq; tria: ut publius Virgilius Marro: Plerūq; quatuor ut Publius Cornelius Scipio Africanus. Sane sciendum est quod quotiens unum inuenitur cognomen est nemo enim potest esse sine uocabulo: quotiens duo plerūq; prænomen & cognomen sibi libertus est: Nam non potest libertus habere nomen quod familiam significat cum ipse sine familia sit. Appellatiuorum species sunt uigintiseptem: Sunt nomina corporalia quae uidemus & tangimus ut terra lapis. Sunt in corporalia: quae: nec uidemus nec tangimus ut pietas iusticia. Sunt primæ positionis quae a natura firmata sunt ut mons schola. Sunt deriuatiua quae a prime positionis nomine eiusdem dicuntur ut montanus scholasticus: Hæc autem deriuatiua non regulis sed auctoritate firmantur nam plerūq; inuenimus uaria ab uno sermone. ut tudor est tudertinus tuders. Sunt etiam diminutiua: quae sententiam minuant & non semper sed frequentet syllabis crescunt ut agnus agnellus. Sunt etiam alia soni diminutiua: ut tabula fabula in his significatio principalis est: sed enuntiatio diminuit: ut tunc enim reuera essent diminutiua si haberent alia principalia: ut oculus ocellus. Sunt que dicuntur tota græca ut dido mantho græce hæc & latine poslunt declinari græce ut dido didous latine dido didonis: mantho mantous & manto mantonis. Sunt quae tota latina appellantur: quae longe a litera a latinis proferuntur: q; a græcis. Nam quom græci dicant: Pollydeus latini appellant polux: Hæc autem quae tantum latina sunt latinæ declinamus. Sunt quae appellantur notha: quae non primis syllabis sed ultimis a græco sermone dissentunt: ut achilleus achilles: agamemnon agamemno & fere omnia græca quae in on exeunt. detracta enim on syllaba per breue o. proferuntur: ut apollon apollo platon plato. Sunt synonima: quae uarias habet elocutiones: sed unam significationem ut terra solum humus tellus. Sunt omonyma superioribus contraria ut aries: nam & machinamentum est quo muri expugnatur: & sidus in cælo: & animal in terris aries uocatur. Sunt patronymica quae trahuntur non tantum a patribus sed etiam a parentibus Nam inuenitur & a matribus dicta hetideus retoides: & ab auo: ut æacides & a maiori bus ut dardanides æneades & a uitrico: ut amphitironides. Sic ergo dicimus patronymicam non a patre tātu sed a parentibus tracta ut dicimus patricidam non qui patrē tātu sed qui quicq; parentum necauerit. Hæc autem patronymica si græca. fuerit in des exeunt ut atrides aut in ius ut atreius. aut in on ut atrion. Sed quae in des exeunt tātu patronymica sunt ut

atrides agamemnon. Quæ in ius exēūt & patronimica & possessua ut atreius aga-
memnon & atreius gladius Euādrius ensis. Quæ autem in on exēūt in latinum sermo-
nem non translēut. Fœminina autem aut in is exēūt ut atreis: aut in ias ut atreias: aut
in en: ut atrien. Sunt etiam nomina adiectiva quæ plerumq; sensum haheant: sed coniū-
ctione iactātur: ut magnus fortis dicimus enim magnus vir fortis exercitus. Sūt eti-
am qualitatis quæ trahuntur ab animo a corpore extrinsecus: ut doctus niger fœelix. Sūt eti-
am quantitatis quæ trahuntur a mensura ut longus latus. Sunt gentis quæ gentem signifi-
cant: ut græcus hispanus. Sunt quæ patriam significant: ut Romanus. Sūt quæ nume-
rum: ut unus duo tres quatuor quinq;. Sunt quæ ordinem ut quintus sextus. Sūt quæ
ad aliquid dicuntur: quæ penitus non poslunt sine alterius coniunctione intelligi ut pa-
tet: Non enim potest dici nisi filium habeat. Sūt ad aliqualiter se habētia: quæ contra-
rio significationem sumunt ut dexter sinister niger cādidos: Sūt generalia in quibus
species continentur: ut animal. Nam animal dicitur & homo & canis & equus sūt spe-
cialia: ut sunt ea quæ diximus canis homo & equus. Nam illa sunt specialia: quæ genere
discernuntur. Sūt facta de uerbo ut dictor lector. Hæc autem semper i.tor. exēūt & ori-
untur a gerūdii modo ultimo tempore & ultima syllaba in tor uersa per omnes cōiuga-
tiōes ut amatu amator. doctu doctor. auditu auditor. lectu lector. Sūt etiam participiis
similia ut demēs nam sicut demēs quasi legēs: sed demēs nomē est quia recipit compa-
rationē id est demētior legēs uero participiū quia non recipit similiter comparatio-
nem. Sūt etiam uerbo similia: ut cōtemplator sed hæc cum casum acceperūt nomia sūt
& cōtemplator huius cōtemplatoris facit: cum autem tempus habuerit uerba. Ut Ma-
ro dixit cōtemplator aquas dulces. Sed comparatiū gradus generis est semper com-
muni excepto uno quod est senior hoc enim ut probus dicit tātum generis masculiniē
nam omnia quæ recipiūt comperationem qualitatis sūt & quātitatis sic. ut puta nō om-
nes qui studēt causas agūt quisquis autem causas agit: studuit sine dubio. Recta compa-
ratio est quæ primam syllabam integrām per omnes seruat: ut doctus doctior doctissi-
mus. Sin autem integrām nō seruat i. aequalia efficit nomia quæ sūt tātum tria bonus:
malus: magnus: cum cōstet comparatiū gradum minus significare uideatur ut
clarior clarissimo. doctior doctissimo. Præterea ipse comparatiū nō nūq; positiuū si-
gnificat quando dicimus senior significā tamē senex At cum Salustius dicit. Mare pō-
ticū duicius est q; cætera. modo iuuenitur Comparatiū nō solū cōparatiū nō est sed
nec positiuū Nam mare nō modo dulcius nō est: sed nec dulce quidem. Donatus dicit
quiq; tātum aduerbia genit: uo esse iūgēda: tāq; magis minus maxime minime ea scilicet
ratioē quoniam uim i se habēt comperandi: atq; ideo nō debēt comparatiū casibus iū-
gi ne uideatur comperatio geminata. Qui enim dicit tam doctior pene dicit hoc doctior
doctior quod latinitas nō patitur. Probus autem dicit omnia aduerbia quæ uim augētis
aut minuētis i se habēt nō debere cōiūgi nec superlatiuo nec comperatiuo: ut sūt ista ual-
de multum plurimum p & similia. Nam ista nomia tātum positiuū gradibus debemus
adiūgere. Quod superlatiuū dicit genitiuo plurali nō adeo uerum est nam iuuenimus
eum etiā singulari genitiuo posse cōiūgi tūc quādo noīa sūt enūtiatiōe singularia intel-
lectu uero pluralia ut est. O danaum fortissime gētis. Quod dicit enūtiatiōe masculinū
i tēlectu esse neutrum pelagus uerū est uulgas falsum est. Nam uulgas & neutro & fœ-
minino genere legimus apud Virgiliū fœminio. In uulgū ambiguā neutrō ignobile uul-
gas. Balneū generis neutri est i numero singulari fœminini quidē secūdū usū: ut occisus
ad balneas pellicias tamē & neutraliter legimus: ut balnea uitātur i horatio. Cælū i nu-
mero singulari generis neutri est: In numero aut̄ plurali generis masculini habemus enī

in Lucretio. Quis totidem uertit cælos. Cæpe in numero singulari neutri generis est: ut tunicatu cū sale mordēs cæpe & hoc nomē tres hoc solos habet casus: hoc cæpe: hoc cæpe: hoc cæpe. In numero autem plurali genere fœminino simpliciter declinatur. loca & loca similia nomina sunt: nam in numero plurali & masculino & neutrō genere declinātur: dicimus enim & ioca & loca & ioci & loci. In numero aut singulari tantum masculini: ut iocus & locus. Quod dicit genera communia esse inter masculinum ut puta pam/ pinus nō ita intelligimus quasi sacerdos nam sacerdos si masculus est hic sacerdos dicitur si fœmina hæc sacerdos non possumus hoc pro nostra uolūtate cōfundere: sed pro natu/ ræ qualitate discernimus: Pampinus uero & dies & similia pro nostro arbitrio uel mascu/ lino uel fœminino genere proferuntur. Nomen nec i totū fixum nec in totū mobile: at fi/ xum leæna secundum Virgilium Torua leæna lupum sequitur secundum Ouidiū mo/ bile est qui dixit: ut lea sæua sitim multa compeluit unda. Eiusdem generis debet esse di/ minutiu: cuius generis sunt principalia ut puta ideo hæc domuncula generis fœminini
est quia & hæc domus generis fœminini est. Exceptis scilicet paucis istis: scutum. pistrū: canis: rana: uerna. scutra. nam scutra scutri facit. beta betaculus Puluis dicitur quia nu/ meri singularis est tantum: sed legimus apud horatium. Ouides discipare pulueres. Item pax: lux dicit numeri singularis sed legimus apud Salustium: paces & luces. Item quirites dicit numero tantum plurali sed legimus apud horatium hunc quiritem uetus nominatiuus hic quiris. Item idem horatius quis te quiritem cuius nominatiuus erit hic quirites: ut dicit petronius. Quadrigas dicit numero tantū plurali sed uarro dicit nume/ ro singulari Virus generis neutri est: & declinatur quemadmodum doctus hoc virus hu/ ius uiri. Legimus enim apud lucretiū Tetryprimordia uiri. Dicit nomina iā cōppita non debere componi & idē paulo ante dixit de cōpluribus potuisse componi nec contrariū sit ita intelligi debet ut liceat nobis nomē cōponere bis: sed ita ut prima cōpositio sensū nobis in contrariū non uerat: ut territus imperteritus. Illud enim nobis non licet facere: ut per compositionem primum conuersum in contrariā significationē nomen per secundam compositionem ualeamus reuocare ad primam significationē: ut est doctus: indoctus: quando anticp nulla ratione dicitur prefectum uigulum sic dicitur quemadmodum tri/ bunus militū id est si pro uno nomine accipitur uterq; sermo in priore parte tantūmodo declinatur. Si autem uoluerimus elocutionem facere dicimus perfectus uigilibus quo tempore licet nobis etiā i hac duo nomina aliquē ad ferre sermonē ut prefectus ē uigilibus.

Asus pleriq; quattuor esse dicūt auferentes nominatiuū & uocatiuū: Nom/ natuum qui similis est uocatio. Ideo autem auferūt nominatiuū quoniā quom casus sit ab eo quod faciat nomē habere. Noſatiuus e cōtrario rectū nomē ostēdit. Alii quinq; docēt ut græci qui ablatiuū nō habēt. Alii sex ut latini qui ablatiuū addunt: Alii septimū etiā addunt casū qui ablatiuo similis inuenitur. Nā quādo dico reuera doctior illo & doctior ab illo eadē iuenitur elocutio quā do autem dico illo præſente ſuſcepi & ab illo præſente ſuſcepi: non est ſimilis ab utroq; ca ſu elocutio. Nā illo præſente ſuſcepi inter duas tantummodo res geri uidetur. Non nulli adiungunt octauum casū qui fit cum quid per accusatiuum cum præpositione poſſumus docere: dicimus per datiuum ſine præpositione ut clarior it in cælum & it clarior cælo: ut ſubeunt ad murum & ſubeunt muro. In flexionum autem uarietates in ſex ſunt. Aliquā do enim omnes calus uarios exitus ſumunt ut eſt unus quæ dicitur forma ex aptota: Itē pentapta dicitur ubi quinq; ſunt uarietates. Item tetraptota ubi quattuor ut eſt ſpe/ cies. Triptota ubi tres ſunt: ut eſt templum Diptota ubi duæ: ut cornu: genu: Nam

nominatiuus accusatiuus & uocatiuus corripiuntur: Alii tres producuntur idest geniuuus datiuus ablatiuus: Est etiā monoptota: quam non bene monoptotā sed aptotā dici mus ut nequā nam monoptota illa sunt quibus unus tantum casus est ut sponte Aptota uero illa sunt ubi omnes quidem sunt casus: sed nulla ratione uariantur ut est frugi. Inueniuntur autem noīa unū casū habētia ut tabo: aut duo tantum ut hic iupiter. o. iupiter: aut tres tantum: ut hoc nefas aut quattuor tantum: ut huius dictionis huic dictioni hanc dictionem ab hac dictione. Sed horum nominum reliquos casus in usu quidem nō esse manifestum est. In auctoritate autem sāpius reperiuntur. Inimicus datiuum regit quanq̄ usus uendicet nominatiuum Inimicus enim est mihi dico non meus: Item secundus ab illo est: dicimus non secundus illi quanq̄ ista nomina suis casibus seruiunt etiam aliis alia auctoritate iunguntur. Nam & pactus illam rem dicimus & illa re. Quod dicit ab his mulabus: filiabus: deabus. nos dicere debere. Sciendum est propter testamētorum necessitatem: Nam hæc pauca dicit probus contra artem esse suscepta: nec nos debemus ad istorum similitudinem alia declinare: ea enim quæ arte carent sola auctoritate firmantur. Vas in numero singulari tertia declinationis est: in numero plurali secundæ. Dices secundum regulam tantum foeminini generis ē. Nullū enim nomen est producتو ablatiuo terminatum quod alterius possit generis inueniri quod autem dicimus generis masculino idem ratio persuasit aduerbii. Nam hodie dicētes quasi hoc die significamus nec tamen dicimus hodie quasi hac die: Nam quotiens nominatiuus singulatis. n. & r. terminatur ablatiuis in. e. etiam genitiuus pluralis in um: Exit: a. supradictis regulis. Accusatiuus singularis tunc in. im. exit: quom ablatiuus singularis indubitabiliter. i. terminatur. ut ab hac ui: & ab hoc tyberi facit enim hanc uim hunc thyberim. Si autem. e terminatur ablatiuus: tunc uariatur accusatiuus ut ab hac puppe hanc puppem. Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabat: q̄ hodie declinamus. Nam domus erat quartæ declinationis. Iugerum tertia nos autem in hoc nomine. i. domus tres in unum casum usurpamus. a. secunda declinatione ablatium. a. domo: genitiuum pluralem harum domorum accusatiuum pluralem has domos. In nomine autem iugoris: unum tammodo usurpamus ablatium ab hoc iugero. V. littera tūc reuinetur in datiuo pluri: ut ipse dixit: quom aliqua discernēda sunt: ut artibus: & arcibus: cui regulæ tamen inuenimus duo nomina contraria idest nulla discretione interueniente. u. reuinentia ut specibus & tribubus: quæ ab istis regulis discrepant. Nomina tantu pluralia uulcanalia: mineralia: ideoque illæ regulæ ablatiui sunt singularis: hæc autem nomina sunt numeri tantum pluralis: quæ licet regulas nō habent tamen ad similitudinem nominū declinanda sūt: quæ nomina regulis continentur. i. ut sic declinemus. hæ kalendas quem admodum hi agiles hæ idus quemadmodum he manus: quanq̄ dixerūt ut quēadmodum regulis carent: ita uarie declinarētur. Nam inuenimus apud auctores & anciliū: & anciliorum: & uulcanaliū: & uulcanaliorū. Item nomina græca. a. supradictis regulis segregat: ut emblema: poema: & hoc iuste. Nam si græca sūt ablatiuo carēt illæ autem ab ablatiuo originem sumunt quas non possunt suscipere nomina ablatiuo carentia: sed hæc maiores nostri aut tertia declinatione declinabant: si fuissent generis neutri ut poema: poematis: aut prima declinatione declinabat: si fuissent generis foeminini: ut hæc poena: huius poenæ: quanq̄ inuenimus aliquos casus nec ab illis nec ab istis regulis declinatos idest genitiuum pluralem: & datiuum & ablatiuum pluralem legimus. n. apud Ciceronem horum poematorum his poematis ablatiuo ab his poematis: similiter & emblamatorum & emblematis. peripatetmatorum peripatesmatis. Analogia dicit ratio declinationis nominum inter se omni parte similium latine proportio uocatur: No

est genii
totā dici/
te Apto/
est frigi.
ter.o.iupi
c dictioni
uidem nō
num regit
em secun
ant etiam
Quod di/
estamēto/
nos debe
uctoritate
secundā.
st produ/
cimus ge/
significa/
gularis.n.
ctis regu/
rabiliter.i.
Si autem.
em. Do/
omus erat
in unum
ralem ha/
unum tā/
tuo plura/
læt tamen
inentia ut
alia uulca/
mina sunt
nominū
ndæ quem
quēadmo/
es & anci/
upradicis
carēt illæ/
tuo caren
eris neutri/
minini : ut
istis regu/
egimus.n.
s: similiter
logia dicit
catur: No

mina aut̄ similia sūt omni patre si octo rebus sint similia id est ex illis quæ accidūt noī qua
litate cōparatiōe: genere: numero: figura: casu: deinde exitus syllabaꝝ deinde cōsonatiū: ra
tiōes penultimaꝝ atq; si una res ex istis octo desierit similibus dicimus enī nomē nulla ra
tiōe declinari similiter cuius rei exemplū & lupus sit lupus nā septē partibus cōsentient:
tamen quasi genere dissentient. Lupus enim in aliud genus: ut lupus:lupa:lepus : lepa
nō facit.

Robus aut̄ pronomē in quattuor partes diuidi putauit id est pronomē infi
nitū:finitū minusq; finitū:& posselliū quod nō uidetur habere rationē:un/
de Donatus melius qui in duas partes in primo diuisit. Nā si ea sūt finita
pronomina quæ recipiūt personas. Alia omnia quæ nō recipiūt personas in/
finita dicēda sūt: Vnde apparet quod infinita & minusq; finita sūt & possel/
siua. In illis enim nō accidit certa persona:cuias:& nostras:uel cuiates & nostrates:nā
utruq; dicimus secūdū plauti auctoritatem gētem significat:ut est cuius gentis optime
noſtre gētis. Pleriq; accentū in ultima syllaba ponūt:quādo cuiam:sed prae:
Nam nulla pars oratiōis est latina abſq; prædict.s:quæ potest in ultima accētū tenere.i.pone
& alias. Sūt aliqua pronomina quæ casib⁹ crescut nominatiuo:ut quis uel qui. geniti/
uo singulari:ut mei uel mis:tui uel tis. Ablatiuo singulari ut.a.quo uel.a qui plurali da
tiuo uel ablatiuo:ut.a.qui uel.a.quibus qua ratiōe fiāt superius diximus. Sūt e cōtrario
quæ casib⁹ decrecūt:nam uocatiuus nō īuenitur in pronomine ego. Aliquādo no
minatiuus & uocatiuus:ut i pronomine sui:sibi:se:a se. Aliquādo tātū accusatiuus:eccū
eccam:ellum:ellam. Aliquādo tātū genitiuus ut cuia:& cuiū. Quod autem dici/
mus sui aliquid esse pronomē uerū est nō enim de posselliō nascitur cuius nominatiuus
est suus. Nam si ide nasceretur datiuū o mitteret:ut suo nō id.i. Præterea est aliqua diffe
rētia quod hoc pronomē sui:uel sibi:ut uelq; numeri est. Illud uero posselliū suum &
singularem habet numerū & pluralē. Quæliuū est apud græcos an.O.uocatiuus esset
articulus & prouocatus nō eslet. Omnes enim articuli cū de numero singulari ad plura/
lem trāsēnt uarie proferunt:ut hic & hī huius & horum & reliqui. Quādo aut̄ dicimus
o docte & docti:& utroq; numero eūdem articulum ponimus: quæ res nō articulus ui/
detur q; nō mutatur i numero plurali:sed potius aduerbiū uocātis:ut quemadmodū
dicimus:heus uos docti:sic dicamus o tu docte & o uos docti:Inter Articulos & prono/
mē hoc iterest:quod pronomina tūc cū sine nominibus sūt & absentium nominum uidē
tur explere personas:ut hic & hæc & hoc quādo autem dico hic æneas huius æneæ iam
nō possūt pronomina dici:cum nō fungātur eorum nominum quæ præsentia sūt officio
Ipsa enim nomina per significationem implēt. Neuter alias:& reliqua cōstat esse no
mina:quoniam probus uiginti & unum dicit esse pronomina i quibus ista nō computā/
tur.Ea pnomina quæ utraq; parte nominatiuū habet secūdū formā nominum declinā/
tur. Nam sic declinamus quisquis utraq; parte sic autem priore parte nō declinamus
aliquis quemadmodum nec iuris peritus. Sic posteriore parte nō declinamus quispiam
quemadmodū nec tribunus militū.

Di:noui:cœpi:memini. Quæritur cuius sint temporis quom cōstat esse
perfecti: Nam & perfectum in.i.semper exit ut legi: scripsi:& præsētem/
poris nūquam in.i.sed semper in.o.exit. Illa enim uerba significationem ha/
bēt præsentis temporis regulas autem præteriti. Sum defētiuum uerbum
i cōjugatiōe:Nā quādo dicimus es nō potest esse secūda cōiugatio quia &.e.
correptam habet & in prima persona.e.ante.o.non habet:Pudet:& tedet:quasi defecti/

ua posuit. In superiore autem parte impersonalia non contrarie sunt posita. Nam hoc ipsum uerbū impersonale defectiuū est. Sublati enim de primo uerbo duabus personis: prima & secunda. Tertia utique superest. Quae si non sibi adiungat pronomen defectiuū dicitur esse uerbū si autem adiungat impersonale. Gaudeo & audeo. a. plerique neutrō passiva: ab aliis supina uerba dicuntur quae in tempore perfecto & plus quam perfecto passiva habent declinationē: in reliquis autē actiuā: id est temporibus. Sunt alia in aequalia quae suā habent declinationē & contraria sunt: ut placeo: nā & placui facit & placitus fū.

Sunt itē alia in aequalia quae ideo sunt in aequalia quoniā primā syllabā nō reseruant: ut: nolo: uolo. Faciūt enim nolo: non uis: uult: non nolo: nolis nolit: Itē uolo: uolis: uolit: non dicimus. sed uolo: uis: uult. Sunt aliqua penitus anomala: de quibus nihil possimus dicere nisi quod lectione declinetur eas usurpare personas quae tautū auctoritate firmantur: & sunt haec faxo: faxis: inquit: infit: inquā: & reliqua. Prima persona in indicativo modo semper corripitur: ut lego absq; monosyllabis: ut do: flo: sto: quae quidē si fiāt polysyllaba: ut reddo: reflo: resto: corripiuntur. Verba quorū declinatio in nostra potestate est: sunt haec: rondeo: lauo: fabrico: punio: & reliqua uerū tamē debemus secundū naturā actiuū uel passiuū præsumere: ut ego lauor balneū lauo: quando ego capillos depono ut dicam tondeor quando alteri capillos detraho: ut tondeo. Prima persona non debet ita proferri: lego ego. Quoniā lego iā habet in se significationē pronominiis: nisi tamē sic tunc possumus dicere quando nos magis uolumus ostendere lecturos q; alios ut sit quasi ego magis quā ceteri maledico tibi dicimus nō te dicimus. Prima persona ante ultimā. o. septē litteras nō habet: h. o. f. k. q. i. z. cetera uero habēt. e. ut se deo. i. ut audio. u. ut annuo. b. ut bibo & sicut in arte scripta sunt. k. Ideo nō potest præponi. o. litteræ quia nūq; ante ponit nisi. a. sequēte. q. y. z. ideo nō possunt præponi: unū tamē uerbū quod. o. ante. o. habet: ut reboo: teboant: siluæq; & magnus. o. ideo cōtra regula uenit q; a græcū est, cetera in arte cōscripta sunt.

Duerbiū dictū est quia necesse habet semper uerbū sequi. Verbo tamē nō necesse est egere semper aduerbio: nā possumus dicere sic legit: Nūc enim & plena est elocutio & aduerbiū tamē nō iuenit: nā quom dico cras hodie: nō erit integra elocutio nisi addā uerbū ut puta dico uel facio. Aduerbiū plerūq; cōfirmat uerbū plerūq; destruit. Cōfirmat ut iam faciā. destruit: ut nō faciā. Aduerbia autem a se oriuntur: aut ab aliis partibus orationis ueniunt: sicut in artibus positū est: nam ibi sunt exēpla uaria polita hennō autē nihil aliud est nisi hoc anno. Vnde deriuatio duplex iuenitur: Nā Cicero dicit hornatinas fruges horatiū dicit hornatas fuges: Item meatim nihil est aliud nisi meo more: tua/ tim tuo more. Quod dicit de participio aduerbiū posse deduci: uerū non est & enī illud exemplū quod protulit id est indulgens nō rātum participiū est: nam recipit comperatiōnē facit enim indulgentior indulgentissimus ergo quādō dicimus indulgenter nō uide mus a participio transtulisse in a duerbiū sed a nomine. Omnia aduerbia. e. terminata in positivo semper producuntur: ut doce. Exceptis tribus regulis eorū aduerbiorū.

Quae autem non comparantur: ut rite: nemo enim dicit titius ritissime: uel quae male cōparantur: ut bene. Nemo enim dicit bonius bonissime. Vel quae a se oriuntur ut ipuue: ipunius: hoc scilicet in positivo. Ceterū superlatiuus gradus semper producitur facile: & difficile non quartitur utrū aduerbia sint an nomina cōstant autem esse nomina rātū quia semper correpta sūt. Si enī aduerbia essent: ut supra diximus producerētur deinde q; a neutri generis formā sequuntur. Sicuti enim dicimus & facilis facile: sic

ā hoc ipsū
onis: pri/
n defectū/
erisq; neu/
ecto passi/
ualia quæ
us sū.
ruant: ut:
o: uolis: uo
nihil poslu
toritate sit
n indicati/
uidē si fiat
stra potes/
is secundū
apillos de/
na persona
e pronomi/
re lecturos
Prima
et. e. ut se/
test præpo
ni: unū ta/
eo cōtra re/
rbo tamen
t: Nūc
ico cras ho
o. Aduer
n faciā. de/
rtibus ora/
nno autē ni
hornatinas
mōre: tua/
& enī illud
comperati/
ter nō uide
terminata
erbiorū.
I quæ male
se oriuntur
mper pro/
autem esse
nus produ
is facile: sic
difficilis difficile. Deinde si aduerbia essent inter exirent. Datius enim nominis id est terminatus aduerbium inter syllabam mittit ut huic fortis fortiter sic huic faciliter: huic difficulti difficulter dicere mus. Ergo cōstat esse nomina sic autem posita sūt pro aduerbiis quemadmodum fere inuenimus apud poetas pro aduerbiis cōstituta: ut toruā clamat pro eo quod est torue: horendum sonat pro eo quod est horende: qua figura oratores omnino uti nō debēt. Genus enim est soloecismi sicut ipse donatus Paulopost de soloecismis ratiōe mōstrauit. Scite enim debemus quod datius singularis. o. terminatus aduerbium in. e. mittit ut huic docto docte. i. terminatus inter huic agili: agili: ter: quas regulas semper coripit auctoritas. Nam iuenimus plerūq; id esse aduerbum: qui datius est casus ut est falso: hæc autem ambiguitas elocutione discernitur quādo enim dicimus falso homini dederit nomē: quando falso loqueris erit aduerbium: ita plerūq; in contrarium cedūt. Nam terētius ait duriter: quom dure dicere: debuerit: & Virgilius Lugubre quom lugubris extensa dicamus. Ea aduerbia comparanda sūt quæ quæ ducūt originem a nomine recipienti comparationem ut est doctus. Ideo enim dicimus docte doctius doctissime: quoniā dicere possumus doctus doctior doctissimus Ab eo quod est Tullius cum fit aduerbium non recipit comparationem qā nec nō men recipit. Sūt alia aduerbia quæ semper per se comparātur. Sūt autem quæ nō egēt comparatione ut est mane. Nemo enim dicit manius: nemo manissime. Verum tamē hāc quam per se inflexionē nō habemus: possumus facere adiectionem illarū particularum ut magis & maxime: ut puta sit positius mane comparatiuus magis mane. Superlatiuus maxime mane. Omnis pars oratiōis cum desierit esse quod est nihil aliud est nisi aduerbium. Iccirco si nomē desierit esse nomē nō faciet pronomē: aut participium sed solū aduerbiū. Ut est sedulo nam si dicas sedulo homini dedi nō mē est si dicas sedulo feci: Aduerbium est. Item pronomē aliquādo & aduerbium est quom enim dico quid est: erit pronomē quom dico quis scit erit aduerbiū. Item uerbum p' erunq; & aduerbium est: quando enim dico pone prima syllaba accentum habente erit uerbum quando ultimae syllabæ: do: accentum erit aduerbium hoc est discreti onibus causa. Nam ultimo loco uerbi acutus accentus nūquā ponitur. Item participium aliquando aduerbium est quom enim dico me aduillam profecto contigit: participium est profecto: quom dico profecto quāritis aduerbiū est profecto: Item ante præpositio nō nūquā & aduerbiū est. Præpositio in hac elocutione erit āte tēplū calum enim habet uictum: si autē dicas: ante feci: erit aduerbium: quoniā lequis uerbū: & cōiunctio est: sed plerunq; & pro aduerbio ponitur quom dicimus te fortissime teucrū accipio. Heus si dolorem significet iteriectio est: heus etiā mensas cōsumimus inquit illus: si autem uerbum sequatur: aduerbiū est: heus inquit iuuenes monstrate mearum: erit nomē quom nominibus pro aduerbiis utimur ut ante dictū est. Illud fideliter tenere demus nūq; separatim præpositionem aduerbiis posse cōiungi ueluti de mane de noctu. Quod autem inuenimus ī docte & ī frequenter sūt quidē præpositiones: sed nō separatim sicut sūt etiā particulae quas ipse ponit. Artigraphus de sursū deorsum deinceps: Ita enim cōstat duas partes oratiōis ut uno ambæ nitātur accētu. Nec duæ præpositiones iterueniēte aduerbio sociandæ sūt. Præpositio etiā ideo nō potest adiūgi nomini iterueniente aduerbio ut de trās tyberim uenio quemadmodū illinc uenio.

Articipiū ē q̄si particapiū: habet enī. a. noīe genēta & casus. a. uerbo autē tēpora & significatiōes: ab utroq; numerū & figurā: & cætera quæ supradicta sūt. In posteri oribus illud adduci inchoatiua uerba illud nō habere nisi prelētis tēporis pticipiū

futuro autem carere. Ideo autem futuro carēt quoniam regulam futuri participia. a praeterito ducū & participio præteritum autem participium. a. tēpore perfecto originē sumit & ideo quom inchoariua uerba tēpus perfectum nō habēt: non possumus habere quod additur iam tempore perfecto. Præterea dicit participia ab ipersonalibus uerbis nisi ulur pata nō uenire: & quæ res penes latinum nō erit: & similia & similiter ab arte discedit. Et. n. participia a prima positioe uerbi originem trahūt: cum igitur impersonalia primam personā nō habēt participia nō iure ex se faciūt: sed tamen dixi usurpare nobis licet. Inuenimus enim apud uarios auctores: quod puto id fieri: nō quod de impersonalibus usurpetur participia: sed quod ipsa impersonalia fiāt uerba plenissima: Nam hoc quod dicimus pudet & tedet tamē dici iuenimus i auctoribus & pudeo: & tedeo: unde siūt & pudēs: & tedēs participiū nō ab impersonali uidetur sed a uerbo ītegro. Odi uerbum participium habet osus quod licet i usu nō sit tamē compōit & i usu erit exosus perosus. Ab eo quod est memini artis nullū participiū reperitur: si ad usum uerum est: si ad auctoritatem falsum: Nam iuenimus i Plauto meminēs. Tunicatus galleatus dicit participia nō esse: sed nomina eo quod. a. uerbis nō trahūt: sed si diligēter attēdas aduertēs ab similibus participia comprobabis. Nam licet nō faciat tunico galleo: tamē quoniam tempus habēt si ne dubio participia sunt: & enim armatus īedit uestitus īedit quom dico hoc significo iam armatū: iam uestitū eē. Sicut etiā dicimus tunicatus īedit: galeatus īedit. i. & iam tunica habet: iā galeā habet quæ res tēpus ostēdit & si tēpus est participiū est. Prāsus cōnatus & reliqua cōstāt nō esse participia si a uerbo nō ueniūt. Cōcessū est. n. regulariter ut a. neutralibus uerbis liceat nobis usurpare preterita participia: sed quoniā & has artes defēdere debemus uel auctoritatē firmare: neq; ad istas similitudinē alia fingere: sed illis tātū uti quæ lecta sūt. Nominasimilia participiis præteriti tēporis quartæ sūt declinatioēs: ipsa autē participia secūda: ut hic uisus: huius uisus: nomē est: hic uisus huius uisi participiū est. Furibūdus & moribūdus quid essent & nomia esset manifestū est: qđ subtracta dus syllaba & addita littera nō redeūt i participia præsentis tēporis quod regulariter dictū est: Noua ratiōe participia quæ cōstāt esse participia positiuū gradū possūt recipere quoniā participia nullā recipiūt cōparationē tamē cōparatiuū gradū plerūq; suscipiūt acceptior & īgētior: quæ res sola sensus ratiōe secernit. Aduerbiū de participiis nasci Dōnatus asserit: plurimi negāt. At cōstat apud maiores equidē lecta i usu tamē esse nō possūt ut dictū est in aduerbio.

N coniūctiōe nihil penitus noui posuit: sed ita hic sicut i superiore parte tractauit Illud plane adiecit qđ licet nobis cōiūctiōes pro aliis cōiūctionibus ponere: qđ mīrū est quom liceat & alias ptes oratiōis p aliis ponere: ut nomē p aduerbio: pnomē p aduerbio & multa alia significatioē tamē mutata.

Ræpositio est pars oratiōis dicta quod i loquēdo præponitur & hæc est eius natura puta ante templum nemo enim dicit templum ante: sed tamē est una præpositio quæ pro arbitrio nostro ponit ut tenus: dicimus enim pubetenus & tenus pube. Item cum plurūq; sic postposita iuenit ut præponi omnino nō possit. quod utiq; cōtra artem uidemus ut cum dicimus mecum: tecum: nobiscum: uobiscum. Præpositio autem aut coheret aut utrūq; efficit. cō, dis. ita enim loquuntur cōduco tibi distraho: separātur autem & penes. Et enim cum dicimus apud amicum duæ oratiōis sūt partes: penes arbitros similiter duæ. Aliæ uero & coherēt & secerni possūt ut præ:nā quom dico prætulit utiq; cohærés iuenit. quom autem præ metu segregata est: Accusatiuæ præpositiōes triagita tātū: illæ duæ possūt i questionem uocari apud & ad:eo quod semp i loco est ut apud amicum sum: ad uero secūdū artem semper ad locū ut ad amicum uado: qđ

& secundū auctoritatem iuenīt in loco: ut ad. M. leucā te habitare dixit. Vsq; nō uidet plurimis præpositio: quoniā sic alia prepositio nō pōt ponit: &. n. dicimus ad forū uado ut Virg. adusq; colūnas exulat: iā si habeat alterā præpositionē ipsa præpositio esse nō pōt: Nunq; n. præpositio alteri præpositiōi coheret. Si aut uolueris ut coniunctim cohæreat: nō iā aduerbiū erit sed potius recipit naturā suā nā & præpositionē præpositiōi sic cohære tē ut pro una parte præpositiōis habeat: Inuenimus. n. s̄aepē apud Catonē ut circū circa id est circa. In ablatiūis præpositiōibus. e. & ex hāc habēt obseruationē ut si uocalis sequatur. ex. præponamus ut ex amico audiui si at cōsonās. e. præponat ut eforo uenio. Illud uehemētissime obseruare debemus: ut. cō. &. in. quotiēscūq; habēt post se. s. &. f. litterāz uideamus quēadmodū p̄nuntiant̄ plerunq; enī nō obseruātes barbarismos icurrimus. Nā cū ipso: natura breuis sit tamē si sequat̄ supradictæ litteræ plerunq; in longitudinē trālit ut cū dicimus quo sit cōfessio. Itē cōsiliū cōsulit: his. n. locis pñutiādæ sunt ut sōge similiter iſula iſula qđ magis auriū iudicio: q̄ artis ratione colligimus. Præpositiōes aut ipsa uerba corrūpunt ut cōficio. Nā erat itegrū facio aut utrūq; & corrūpunt & corrūpū tur ut afficio: Nā affero qđ scribebat̄ p.a. &. p.d. icipit scribi p.a. & p.f. & itē qđ erat fa cōficio. Præpositio & quādo præponit̄ & quādo postponit̄: si casū suū retineat præ positio ē ut trāstra p & remos si at casū mutauerit fit aduerbiū. ut longo post tēpore uenit Ambiguæ præpositiōes q̄tuor fuerūt. In. sub: sup: & subter. Quibus maiores idifferēter utebāt: sed hodie tantū duæ sūt: i: & sub nā sup: & subter accusatiue habēt̄. In aut & sub qua ratiōe in le serenē in supiore tractatū est: Plerūq; eadē est præpositio qđ est & aduer biū ut ante & post: sed qđ magis dictū est hac ratione colligimus. Et. n. si pars orationis sequat̄ quāc casib⁹ seruit præpositiōes erunt ut antetēplū pp̄ter aquā tēplū. n. & aqua caluales partes ōfonis sūt: quādo aut̄ dicimus ante fecit: post dixit aduerbia sūt: si sequā tur uerba. Nouimus itaq; aduerbia semper uerbis egere.

Nteriectio nihil habet nisi solū mētis affectū quæ tūc' ieriectio dicit̄ quādo uoce icōdita pfert̄. o. heu. & similia quom plenas adhibemus ad exprimēdos animi affectus tā ieriectiōes dicunt̄ q̄ pro ieriectiōibus ut proh Jupiter ibit hic ait hæc pars nō potest propriū nomē utrius tenere eo quod uariæ ieriectiōes sunt: nam o. dolētis legitur: ut. o mihi p̄tteritos referat si Jupiter annos & irascentis ut. o. callidos homines & similia.

FINIS.

Impressum Venetiis per Theodosi De Ragazonibus de Asula. Anno Domini no stri Iesu christi. M. CCCCLXXXV. Die uero. xii. mensis Iuni.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o. Omnes sunt terni.